



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Papa habet utrunque gladium temporalem, & spiritualem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

& armis muniverat, deventum fuit ad arma.

- 32 Nam Papa ꝑ utrumque gladium habet, spirituale, & temporale, *Luc. cap. 22. Paul. 1. Corinth. cap. 6, cap. 1, S. in; hac, de major. & obed. in extravag. com. Berlat. cons. 124, num. 63, lib. 1. & post Archid. in cap. quoniam, 10, dist. Bald. in l. cum multa, num. 2, C. de bon. qualib. ubi, quod Constantinus in resignatione regali-um resignavit beato Sylvestro gladium, ostendens non legitime se habuisse, cum ab Ecclesia non receperit; Papæ enim, & temporali gladio vim vi repellere, & injustis armis, ꝑ iusta Romanæ Ecclesiæ arma opponere licuit, cum gladiotemporalis ad propriam defensionem unicuique, etiam privato, liceat uti, *gloss. fin. in cap. dilecto, in fine. & ibi Jo. Andr. Dam. & Franc. de sentent. excomm. in 6. Et propterea Papa validum, tum peditum, tum equitum exercitum in statu ecclesiastico constari, & apparari iussit, ac fecit, quia bellum ꝑ iustum in vasorem propulsando, & bona occupata repetendo, ei indicere, & facere licebat, cap. iustum, 23, quest. 3. Abb. in cap. excommunicamus, 1, num. 8, de heret. & Navarr. in cap. contrarium, num. 4, de penit. dist. 5, tom. 1. Iusta enim bellandi causa cum Principis auctoritate, & intentione, seu animo, & modo rectè bellandi iustum bellum efficit, & militare non est delictum, *Luc. cap. 3, vers. & ait illis, cap. militare, 23, quest. 1. & Navarr. d. cap. contrarium, num. 3, & s.***

Papa autem, ut Pii pastoris officium, & paternam curam in omnibus partibus integrè geret, cum primò armis ecclesiasticis, nempe censuris in executionem

sententiæ pro dicti Ducatus recuperatione usus fuisset; ac demum paratum exercitum haberet, ut quantum fieri posset, sanguinis effusioni parceretur, Petrum ꝑ Aldobrandinum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ex fratre nepotem, Legatum de latere cum dicto exercitu misit, cuius opera, ingenii, ac virtutis præstantia, dux Mutinæ, ut bonum decet Principem, juri acquievit, eidemque Camera, & Sedi Apostolicæ ꝑ Ducatum Ferrariæ restituit, armis depositis sine aliqua sanguinis effusione.

Et, cum ex præmissis proculdubio constet, civitates, castra, & terras Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, per devolutionem eidem Camera Apostolicæ incorporari, ut in causa ejusdem feudi Ducatus Ferrariæ de anno 1596. fuit per Papam sententiarum constitutionibus, & juribus supra allegatis, quæri potest, quid juris in devolutionibus, ꝑ terrarum, castrorum, ac locorum, mensarum Episcopialium, & Abbatialium, pro quibus ab Episcopis, & Abbatibus, aliisque Prælatibus, solent utiles domini in feudari. Et videtur, quod Prælati feuda ad eorum Ecclesias devoluta possint aliis infeudare in tribus casibus.

Primò, decedente vasallo sine descendentibus, & feudo devoluto.

Secundò, filium, vel consanguineum alienantis ejusdem feudi consortem.

Tertiò, feudum alienatum, quod Prælati facile recuperare non potest, alicui laico in feudum concedere, qui, & illud recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat, ut text. in d. cap. 2, de feudis, & ibi Abb. num. 3. etiam non obstante juramento, quod à Prælatibus præstatum